





*Pr. 27. num. 5.*

*113*

*1772 / 1 / 6*

PROGRAMMA

QVO

HERMANNVS BECKER

LL. DOCT. ET PROF. REG. ORD. FACULT. IVRID. SENIOR.  
P. T. DECANVS

AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM  
DE PROXENETIS ET PROXENETICIS

QVAM

GENEROSVS AC DOCTISSIMVS DOMINVS CANDIDATVS

IOHANNES GOTTLIEB  
TADDEL

ROSTOCHIENSIS

CANCELLAR. DVICAL. ROSTOCHIENS. ET CONSISTORII DVICALIS ADVOC.  
ORDINARIVS CELEBERRIMVS

PRO RITE IMPETRANDIS

IN VTROQUE IVRE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS

DIE XXIV. APRIL. MDCCLXXII

H. L. Q. C.

PVBLCICE VENTILABIT

INVITAT

SIMVLQVE

DE DENOMINATIONE PROXENETICI AB VLPINA  
NO ICTO IN L. VLT. D. DE PROXENET. ADHIBITA  
EIVSQVE SENSU SENTENTIAM EXPONIT.

GRYPHISWALDIE


LITTERIS A. F. RÜSE  
REG. ACAD. TYPOGR.



*71*

PROGRAMMA  
VON  
HERMANNUS BECKER  
LL. DOCT. ET PROE. ORD. FACULT. IVRID. SENIOR.  
ET DECANUS  
AD  
DISPUTATIONEM INAVGURALEM  
DE PROXENETIS ET PROXENETICIS  
CUM  
GENITORUM AC DOCTISSIMIS DOMINIS CANDIDATIS  
JOHANNES GOTTLIEB  
TADDEI  
KOSTOCHENSIS  
CANCELLAR. DVCE. ROTTOCHENSIS ET CONSISTORII DVCEM ADVOC.  
ORDINARIVS. CENSURARIVS  
PRO RITE IMPETRANDIS  
ET VERBORE IVRE HONORIVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS  
DIE XXIV. APRIL. MDCCXXII.  
M. L. G.  
PABLICE VENTILABIT  
INVITAT  
SILVONE  
DE DENOMINATIONE PROXENETICI AB VITIA  
NOCTO IN LIT. D. DE PROXENET. ADHIBITA  
RIVSOPT SEMS. SENTENTIAM EXPOVIT

EDITUM A. E. HUSE  
REC. A. AD. THEOD.



**P**roxeneticum, aut honorarium proxenetis debitum, quod et philantropum, remunerationem, immo nonnumquam mercedem vocant leges **VLPIANVS** in *L. ult. D. de proxenet.* in specie <sup>equivocum</sup> i. e. interpretatum seu interpretis honorarium appellat, cuius denominationis rationem paucis eruere et exponere operae pretium iudico ad defensionem publicam speciminis inauguralis praestantissimi Domini Candidati pro officii ratione, ea, qua par est, observantia inuitaturus.

**BRUNNEMANNVM** si sequamur, qui in *Commentar. ad L. I. D. de proxenet.* dicit: *Et haec proxenetica etiam debere iis puto, qui in iudiciis, vel coram commissario testium, alia, quam Germanica lingua utentium, dicta solent interpretari:* videatur forsitan hanc ab **VLPIANO** adhibitam denominationem non ad proxenetica in genere quadrare, sed de iis solummodo honorariis, quae  
proxe-

proxenetis interpretibus solvuntur adsumendam esse, quod illa sit remuneratio interpretatiua, ἐρμηνευτικόν. Et non nego quidem, tam in iudicialibus negotiis eodem modo, sicuti in extraiudicialibus proxenatarum officium locum inuenire, hinc et eiusmodi interpretes proxenatarum nomine vocari posse, quibus iudex, cui absque his interpretationibus de depositione testium earumque vero tenore fides fieri non potest, quando inter testes a producente productos adiunt, quorum linguam non intelligit, et quod tunc hisce interpretibus sumtibus producentium, quorum in commodum et vtilitatem interpretes operas praestat, remunerationem pro qualitate negotii, et temporis decernere possit iudex. Sed si tamen dicendum quod res sit, quilibet proxeneta etiam in conciliandis contractibus, sponsalibus et aliis extraiudicialibus negotiis adhibitus interpretem in genere sistit, exponit enim sensum et intentionem principalium alteri parti, et hinc de quolibet proxenetico dici potest, quod sit ἐρμηνευτικόν seu honorarium interpretatiuum, interpretum remuneratio. Nec perspicio rationem, quare haec verba VLPJANI de certa determinata ac separata specie proxenetici accipenda maneat, sed potius VLPJANO et hac in lege ult. D. de proxenet. de proxenetis in genere sermonem esse, iudico, idque eo magis, quia exempla ad illustrationem denominationis ab eo adducta in fine legis non ad officium interpretis in iudicio adhibiti in specie quadrant, sed potius ad proxenetam in genere applicationem inueniunt. Quenam autem et in adhibitione huius denominationis VLPJANI quoque fuisse sententia, tamen in verbis initialibus huius L. ult. VLPJANVS sibi in relatione ad L. I. D. eod. non contradicit. Non enim in genere proxenetica sordida vocat, per



per verba; *quod et sordidum*: sed solummodo sicuti tota  
 connexio verborum docet, defendit praefidi provinciae  
 cognitionem et decisionem causae competere non solum-  
 modo in casu ubi licitis in negotiis licito modo a proxe-  
 netis exiguntur, sed et tunc, ac eo in casu, si forsitan quo-  
 que sordida et hinc a partibus principalibus iuri proxe-  
 netarum exigendi philanthropum contradicatur, ut tunc  
 arbitrari possit, per modum extraordinariae cognitionis  
 praefes provinciae.

Sufficiant haec pro modulo paginarum mihi per-  
 missarum in praesenti negotio, et ad scopum principalem  
 huius programmatis potius accedo.

Exposuit praestantissimus Dominus Candidatus  
 ordini meo suam intentionem quod ex antlato iam ante  
 decem annorum seriem summa cum laude examine ri-  
 goroso in Academia Rostochiensis eiusque tunc temporis  
 facultate Iuridica, in hac nostra Academia iam admit-  
 teretur ad gradus summos in utroque iure. Exhibuit  
 eum in finem Facultati meae, non quidem vitae curri-  
 culum, quod tamen ego, cui honor contingit praestan-  
 tissimum Dominum Candidatum eiusque splendidissi-  
 mam gentem cognoscendi, optimum cum debita dili-  
 gentia, feruore in studiis colendis et sub manu-  
 ductio- celeberrimorum Rostochiensium antecessorum, in-  
 primis beati consiliarii MANTZELII ICI quondam celeberrimi,  
 meique olim fautoris atque Collegae et Rostochiensis et Butzouiensis numquam satis deuenerandi,  
 peractum pro conscientia testari possum, praecipue au-  
 tem doctrinis et manu- ductio- per illustris Domini pa-  
 tris, Ducalis Cancellariae Rostochiensis ut et Consisto-  
 rii





rii ecclesiastici Directoris longe celeberrimi et meritissimi, Icti Consummatissimi ex politus, atque ad sacra themidis colenda instructus, quique iam per varios annos munere Aduocati ordinarii et publice recepti et in Ducali Cancellaria, et Consistorio maxima cum laude functus est, sed tamen attestatum publicum Facultatis Iuridicae Rostochiensis de licentia promouendi illi iam ante decem annos concessa, quod secundum originale Facultati nostrae exhibitum sequentis est tenoris

„Quod Perillustris Domini Ducalis Cancellariae Directoris Domini  
„TADDELI filii bini natu maiores

Dn. *Gottlieb Ludovicus Taddel*

et

Dn. *Iohannes Gottlieb Taddel*

„post laudabiliter absolutam studiorum academicorum incyclopaedii-  
„uum rite ac summa cum laude sustinuerint examen rigorosum im-  
„petrauerintque ex merito facultatem adeundi cathedras inaugurales  
„ambiendo supremos in vtroque iure honores, testamur sub sigillo  
„Collegii nos Pro-Decanus, Senior coeterique Doctores atque Professo-  
„res Facultatis Iuridicae in Academia Rostochiensis

(L.S.)

I. E. FR. MANTZEL  
Facult. Iurid. Rostoch. Pro-Decanus  
et Senior.

Dabatur d. XX. Septembr.  
anni MDCCLX.

In





In ipsis litteris ad Facultatem nostram sub d. 4 April.  
a. c. directis, quibus praestantissimus Dominus Candi-  
datus hanc suam intentionem nostro ordini proponit,  
causam adlegat sat notoriam, quae eum mouet, et  
necessitatem illi imponit in impetrandis dignitatibus do-  
ctoralibus ad aliam facultatem Iuridicam se conuertenden-  
di, hisce verbis:

„Tota Germania nouit calamitatem huius no-  
„strae musarum sedis, cui gratia Principis haec-  
„nus ita denegata, vt delegatio Pro-Cancellarii  
„haut sit speranda, ideoque nulla promotio can-  
„didatorum fieri queat. Inde mihi necessitas ad  
„aliam facultatem iuridicam confugiendi. Vr-  
„gent causae domesticae gradum Doctoris im-  
„petrandi. Itaque me huius voti compotem  
„fieri demissa cum veneratione rogo.

Huic desiderio dignissimi Candidati, quem eo maiori  
cum certitudine ego talem voco, qui tunc temporis, quo  
examen eius Rostochii fiebat ipse membrum facultatis  
Iuridicae Rostochiensis, hincque testis suorum profes-  
suum in examine probatorum eram, ordo noster eo  
magis suffragari valuit, quo causae ab eo adductae,  
quare ad aliam academiam et facultatem in impetran-  
dis dignitatibus se conuertat, sat notoriae sunt, et dum  
quoque applaudente auditorio lectiones suas cursorias  
de quaestione:

*An vidua clerici vel sacerdotis post mortem mariti  
stuprum passa cum partu inde subsecuto commoda an-  
ni gratiae et quae post illum durant, amittat:*

*vt et de poena capitali epilepticorum*

publice habuit, nil restat, accedente quoque consensu  
Perillu-



*Perillustri nostrae Academiae Cancellarii, absente eo a Magnifico Domino Pro-Cancellario perpetuo Domino Generali Superintendente iussu atque mandato Perillustri Domini Cancellarii declarato et concesso, quam vt difertationem suam inauguralem de proxenetis et proxeneticiis conscriptam publico eruditorum examini submittat, atque contra dubia sibi mouenda defendat. Cui certamini cum dies 24 April. destinatus pro officii mei ratione*

*Magnificum Dominum Pro-Cancellarium, Magnificum Academiae Pro-Rectorem, Generosissimum Regii Dicasterii Directorem, utriusque Collegii Proceres, vrbis et sacri ordinis Patres, Generosos atque Nobilissimos huius Almae Dominos Commilitones*

*vt hunc actum solemnem, et subsequenter simul actum promotionis praesentia sua condecorare, et celebriorem reddere velint mei ordinis, meo et praestantissimi Domini Candidati nomine ea qua par est obseruantia inuito.*



P. P.

SVB SIGILLO FACVLT. IVRID.

APRIL. MDCCLXXII.


SPONTY LONDA 244

VD  
18

**ULB Halle** 3  
005 372 003  





B.I.G.

Farbkarte #13

*Pra. 27. num. 5.*

1772, 1 6

GRAMMA

QVO

VS BECKER

ORD. FACULT. IVRID. SENIOR.  
DECANVS

AD

M INAVGVRALEM

ET PROXENETICIS

QVAM

MVS DOMINVS CANDIDATVS

GOTTLIEB  
ODEL

CHIENSIS

NS. ET CONSISTORII DVCALIS ADVOC.  
CELEBERRIMVS

IMPETRANDIS

NORIBVS AC PRIVILEGIIS  
ORALIBVS

PRIL. MDCCLXXII

& c.

VENTILABIT

VITAT

VLQVE

PROXENETICI AB VLP  
DE PROXENET. ADHIBITA  
SENTENTIAM EXPONIT.

ISWALDÆ

A. F. RÜSE  
AD. TYPOGR.



77